

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Capvt XXI. In quo demonstratur, qua ratione licet interdum Deus ad interrogata respondeat, minimè tamen hic cum eo agendi modus illi placeat. Probatur etiam quod licet aliquando condescendat & ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

terra firmiter creditur, nemine comprehendere posse, nec aequi intellectu plenitudinem dictorum, & rerum diuinarum; nec determinata iudicium ferre, de illo, quod prima fronte videtur, ab eo; evidenter grauiter errandi, magnaeq; confessionis periculo. Probè rem hanc exploratam habebant Prophetæ, quibus diuinæ verbæ prædicatio concredita fuit, qui bus molestum & graue videbatur, annunciate revelationes & prophetias populo: nam sicut diximus, multa ex illis quæ prophetabant, nequaquam ad literam eueni modo cernerant, quo populo futurū prædixerant; quod in cœnac erat, ut grauiter ab eo contemnerent ac irriderent: ita ut dixerit Ierem. Factus sum in derisum tota die, et subfannans me. Quia iam olim loquor vociferans iniquitatem & valetatem clamoris: & factus est misericordia Domini in opprobrium; & in derisionem tota die. Et dixi, non recordabor eiu, neque loquar ultra in nomine illius. Quæ verba quamvis Prophetæ sanctus cù resignatione, & personam hominis infirmi vias & secreta Dei sustinere non valentis præferens, protulerit; regredie tamen ijs expressit discrimen inter adimplationē dictorum Dei, & inter cōmūnem & vulgarem litteræ sonum, aē sensum: siquidē prophetas diuinos veluti illufores deridebant & aestimabant & ipsi simper prophetias tanta taliaq; sustinebant, ut dixerit idē Ieremias alio in loco: Formido, & laqueus, factus est nobis vaticinatio, & contritus spiritus. Nullam præterea alia ob causam Ionas aufugit, cum illum Dñs ad destructionem Ninive prædicandā destinasset, nisi quia veritatē diuinorum eloquiorum minime caperet, nec eorum sensum perfectè assequeretur. Quare ne eum derideret, cum eius prædictio minime adimplita fuisset, fugiebat, ne prophetare cōpelleretur, quā ob causam etiam totos quadraginta dies extra urbem præstolatus

C A P V T. XXI.

In quo demonstratur, qua ratione licet interdum Deus ad interrogata respondat, minimè tamen bie cum eo agendi modus illi placeat. Probatur etiam quod lices aliquando condescendat & respondat, plures tamen ob id indignatur.

Spiritualiū nonnulli ut diximus, nimirum esse eti securi nec curiositatē suā, cui aliquando seruiunt, dum aliquā supernaturā: viā noscere conatur, sicut par essem animaduertentes, arbitrantur, quod quia interdum ad eorū preces instantes responderet Deus: illum esse præclatum secū agendi & tractandi modum, nec mediocriter illi gratum: cum tamē in rei veritate, quāvis eis respondeat Deus, haudquaquam tan-

B.
Iohannis
a Cruce

Opera
Mystica

NIT

124

NOTA. men ille cum eo agendi modus laude dignus sit, minimeq; ipsi Deo acceptus: immo ageret ferat potius illi displicer, neq; solummodo displaceat, sed etiam multoties idcirco irascitur, & quid ab eum hanc fert ægerrimè. Rei huius haec supernaturalia assignati potest, nam nullam creaturam eos limites; quos Deus ad ipsius gubernationem naturaliter praescripsit transilire det. Homini autem ad eum regendum rationales & naturales metas posuit, non ergo ei expedit illas transgredi: velle autem inuestigare, & indagare aliqd via supernaturali, iam est assignatos terminos transiliere: non est ergo res haec sanctitati conformatis, neq; expediens: ergo nec Deo placet, neq; illi est accepta. Dices: quandoquidem Deo hoc ingratus est, cur interdum respondeat? In primis dico: aliquando Cacodæmonem respondere. At quando respondeat ipsum Deus: affero id ob infirmitatem, ac debilitatem animæ fieti, quæ illo itinere gradari petoptat. Ne si nō fuerit exaudita, affligatur, & retrocedat: vel ne Deum sibi iratum arbitretur, grandemq; temptationem incurrat: vel certè id facit ob alios, quasi ipse Deus nouit fines, in illius animæ debilitate fundatos, ex quibus illi respôdere, illaque, condescendere via, expedire animaduertit. Quemadmodum etiam (vt diximus) cum multis debilibus ac delicatis animab. fesse gerere consuevit, cōcedendo illis in oratione gustus & suavitates admodum sensibiles: sed non id propterea fit, quia hoc ipsum est fieri velit, aut quia iste cum eo agendi ac tractandi modus & via illi arribeat, sed vnicuique dona sua secundum eius modum largitur, sicut dictum est, Deus enim est velut fons, ex quo unusquisque haurit, iuxta vas quod adfert capacitatē: permititq; interdum animā illā per istos præterordinarios canales haurire: sed non sequitur inde expediēs esse, velle per illos aquā excipere: hoc n. ad ipsummiser spectat

Cur ergo Deus aliquando ad te: non est ergo res haec sanctitati conformatis, neq; expediens: ergo nec Deo placet, neq; illi est accepta. Dices: quandoquidem Deo hoc ingratus est, cur interdum respondeat? In primis dico: aliquando Cacodæmonem respondere. At quando respondeat ipsum Deus: affero id ob infirmitatem, ac debilitatem animæ fieti, quæ illo itinere gradari petoptat. Ne si nō fuerit exaudita, affligatur, & retrocedat: vel ne Deum sibi

Aliquando non Deus, sed Demon respondet. iratum arbitretur, grandemq; temptationem incurrat: vel certè id facit ob alios, quasi ipse Deus nouit fines, in illius animæ debilitate fundatos, ex quibus illi respôdere, illaque, condescendere via, expedire animaduertit. Quemadmodum etiam (vt diximus) cum multis debilibus ac delicatis animab. fesse gerere consuevit, cōcedendo illis in oratione gustus & suavitates admodum sensibiles: sed non id propterea fit, quia hoc ipsum est fieri velit, aut quia iste cum eo agendi ac tractandi modus & via illi arribeat, sed vnicuique dona sua secundum eius modum largitur, sicut dictum est, Deus enim est velut fons, ex quo unusquisque haurit, iuxta vas quod adfert capacitatē: permititq; interdum animā illā per istos præterordinarios canales haurire: sed non sequitur inde expediēs esse, velle per illos aquā excipere: hoc n. ad ipsummiser spectat

Deum, qui illā quomodo, quando, & cui, & quā ob causam ipse voluerit, absq; illo recipiētis studio, & petitione, præbere potest. Atq; isto modo (vt diximus) aliquando annuit desiderio precibusq; aliquarum animalium, quas quoniā bonā sunt, & simplices exaudire vult, ne eas contristeret, nequaquam propterea facit, quia illi modus iste agēdi gratius sit. Quæ res similitudine hac clarius percipi poterit. Apposita sunt alicuius Patris familiæ mēs plura variæq; ciborum fercula, ex quib. quædā sunt alijs præstatiōra; petit ab eo pannulus eius filius vnius ferculi, non quidē melioris, sed illius in quod primo loco impingit partē: propterea autem ex illo petit, quia illi dulcissimū sapit, quā alterius ferculi cibus, cum autē eius pater animaduertat quod licet illi meliore cibum apponere, non illum sit accepturus, sed solummodo illum quē postulat: & quod nullus alius præter illū palato eius arrideat: ne inconsolatus puer, & absq; cibo remaneat, concedit illi tristis, cum quē postulauit. Quemadmodū videamus cum filiis Israhel fecisse Deum, cum ab eo Regem postularunt, inuitus. n. eum illis concessit, eo quod minimē illis expediter, quanto ob Samuel dixit. *Audi vocē populi huius, regemq; quē à te petent illis concede: non enim te abiecerunt sed me, ne regnē super eos.* Ad eundē prorsus modum aliquibus animab. fesse accommodat Deus, cōcedendo eis non id, quod illis melius & utilius foret: **NOTA.** Idecirco quia nolunt ipsæ, neq; sciunt, nisi aliqua illa pergere via. **Quod si aliquando tene: anniversarī rituidines, & suavitates spiritus vel sensus desideriū obtinent (vt diximus) propterea illis haec Deus elargitur, quia non sunt bene dispositi ad capiendum fortiorē ac solidiore*in tribulationum crucis filii sui cibum, quem ille præ omnib. alijs veller illis porrigit, & ab illis peti. Quamquam nosse velle aliqua supernaturali via, multo deterius esse iudico,***

Iudeo, quam alios spirituales in sensu gaudi requiri. Non enim video quā ratione anima quā illa optat à peccato ad minus veniali possit exculari, licet illa ob fines optimos haec faciat, & constituta sit in statu perfectionis: & eadem sententiam de illo pronuncio, qui huiusmodi res inquiret, & indagare iubet, vel erit ad eandem rem assentum præbet. Nulla siquidē huiusmodi retum necessitas appetit, cum naturalis ratio, lex & doctrina Euangeli- canobis superant, per quā sufficienter regi gubernatique anima potest, nec talis difficultas aut necessitas occurrit, cui istis medijs obuiam iri, idque cum magnā Dei volupate ac animatum emolumento nequaat. Tantum rationis naturalis Euangelieq. Doctri næ lumen estimare, adeo que illi adhaerere debemus, vt licet nunc (nūc hoc volentibus nobis fieret, sive in uitio) aliqua nobis supernaturaliter verba dicentur illud solum, quod in illis rationi & legi Euangelicæ consentaneum fuisse, acceptare debeamus. Quidam tunc multo amplius illa cōsiderare, trutinareq; oportet, quā similia præcessisset reuelatio: Cacodæmon siquidē multa vera, & futura acrationi conformia profert, ut fallat.

Vnde in omnib. nostris necessitatibus, tribulationibus, ac difficultatibus, nullum nobis melius tutiusq; medium restat, quā oratio & spes Deum nobis per media, quā illi placuerit, prouisum. Istud nobis cōfolum diuinæ litteræ præbent, in quib. legimus quod cum Rex Iosaphat summa quadā afflictione à maximâ hostium multitudine circum se pateretur, ad orationem se conferens dixit Deo. Cum ignoramus quid agere debeamus: hoc solum habemus residui, ut eulos nostros dirigamus ad te, id est, quandoquidē in media desunt, nec fuggerit rationum necessitatibus prospiciendi: hoc solum nobis residuum est, ut ad te oculos

eleuemus, vt tu ipse nobis prouideas, sicuti tibi melius placuerit.

Quod autem Deus (quamvis huiusmodi inquisitionibus non nunquam det responsum) propterea tamen indignetur (licet ex huicque allatis constet) expedit nihil minus aliquibus S. Script. testimonij idem confirmare. Primo regum libro legimus, quod cum cuperet Saul Samuelem Prophetam iam vita funetur secum verba facere, apparuisse quidem illi dictum Prophetam, sed iratum illi propterea Dominum fuisse: confessim. n. increpauit eum Samuel, eo quod rem huiusmodi attente præsumplisset, dicens. Quare inquietasti 1. Reg. 28. me, vt suscitarer? Notum est præterea, quod 15.

1. Par. 10.
13. & 14.

non propter ea quia annuerat Deus postulatis filiorum Israhel quando petierunt carnes, idcirco non fuit eis vehementer iratus: statim enim cōlitus immisit eis ignem ad præsumptionem puniendam, sicut in Numerorum libro legimus, & recenser David dicens: Adhuc eſca eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos. In libro præterea Numeror. legere est, quod nō id est non indignatus fuerit Deus Balaam prophetæ à Balac Madianitarum Rege euocato, quia illuc ipso præcipiente Deo perirexisset; desiderauerat n. ille eo ire, idque præcibus à Deo flagitauerat: vnde & tendente eō illuc, appauuit illi Angelus, euaginato enī, & cipium interim revolutum, dixitq; illi. Peruersa est via tua, mihiq; contraria. Hoc itaq; modo, multisque alijs connuet Deus, sed iratus, appetitibus nostris: cuius rei plurima suppetunt in S. Script. testimonia & exempla: verum non est cur ea, in te adeò manifesta adducamus. Illud solummodo dico afferioq; rem esse periculose quā vt scīā dicere, velle cū Deo huiusmodi vijs ac modis agere: & eum, qui secus faxit, in multos lapsurum errores & grandē, rebus istis ad dictum hominem, confusio-

Nu. 22. 37

*Imitatur
Dæmon
diuinos
fauores, ut
fallat.*

nem, tuboremq; multoties perpessum. Quam meam doctrinam ille, qui hæc magnipendere voluerit: tandem experimen-
to comprobabit. Nam præter difficultatem, quæ in non errando circa loquitiones ac visiones diuinæ reperitur, ordinariè lo-
quendo multæ ex illis à Dæmons profi-
ciscuntur: nam communiter loquendo et iam Dæmon ijsdem agendi conuersandi que modis vtitur cym animæ, quibus vtitur Deus, proponitque illi res adeo verosimiles illis quas communicat Deus, & se-
se velut lupus inter pecudes ouinâ pelle te-
ctus ingerit, vt vix possit agnosciri. Cum e-
nim multa proferat vera, rationique con-
formia, & quæ certo eveniunt: facillimè decipi possunt animæ & sibi persuadere,
quod quoniā verè, & adamussim contin-
gunt ea, quæ prædixerat, non possint illa-
ni si à Deo promanant: ignorant enim fa-
cillimum esse Dæmoni à perspicaci lumine naturali prædicto, multa, quæ fuerunt,
vel furura sunt, in suis cognoscere causis,
vnde & multa furura diuinat, cum enim Dæmon adeò viuax lumen naturale habe-
at, potest etià ex tali causa, talem effectum colligere, quamvis nō ita semper succedat, si quidē vniuersa à diuinâ pendent voluntate. Rem exemplo declaremus. Agnoscat Dæmon ex dispositionibus terræ & aëris solisque situ & influentijs, taliter res esse præparatas, & dispositas, quod adueniente certo tempore necessario erunt elementa disposita ad inficiédos homines lue pesti-
férâ, cognoscetque in quibus illa regionibus plus vigeat, in quibus verò minus. En-
pestem, in sua causa cognitâ. Quid igitur mirum, si revelando dæmona istam rem alicui animæ dicendoq; illi: post vnum annum, vel dimidium annum grassabitur pe-
stis; quid inquâ mirum, ita in rei veritate e-
venire? atq; hæc est dæmonis prophetia. Ad eundem modum cognoscere & explorare potest terræ motum, animaduertendo re-

conditos sinus terræ repleri ventis: prædi-
cereque: Tali tempore terra morib. quarie-
tur in lolitis: quæ tamè est notitia naturalis.
Possunt præterea eveniuntur particulares di-
uinâ prouidentiam concernentes, aliquæ coniunctione, quæ prouidetia iustissimæ
circa bona vel mala filiorum hominū sele
prodit. Agnoscerentim potest via ordina-
tia talen vel talen personam, valem
vel talen ciuitatem, vel aliam tem quam-
piam, ad talen vel talen peruenire ne-
cessitatē, vel ad tale vel tale punctū, quod
Deus secundum suā iustitiam debeat adesse,
& accutere secundum cause exigentiam, ac
inxia eius meritū, vel præmium, vel pena
inflegere, diciq; tunc poterit. Tali vel tali
tempore consequeris à Deo hoc vel illud, vel
faciet Deus huiusmodi rē, vel evenie hoc,
&c. Rens hæc indicauit S. Judith Holofer-
Iudith 11.
ni: quando vt persuaderet illi filios Israel
12.
certò fore euertendos, prius recēsuit, plu-
ritas eorum miserias & peccata quæ cō-
mittebant, & mox intulit. Ergo quoniā has
faciunt, certum est quod in perditionē dabuntur.
Quod nihil est aliud, quam cognoscere
prænam in causa. Perinde siquidē hoc est,
ac dicere. Huiusmodi flagitia, talis à Deo,
qui iustissimus est, promerentur supplicia.
Et quæ madmodum diuina ait Sapientia.
Sapientia.
Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Potest
autem Dæmon non solum isto discensu
hæc explorata habere, sed etiam multipli-
ci, quæ pollet experientia, cum Deum vi-
derit multa his similia facientem, potestq;
hæc prædicere, & aliquando rem vtiest
attingere. S. quoque Tobias, ex cognitio-
Tob. 14:5;
ne causæ perfectam habuit ciuitatis Ni-
niuæ vindictam, vnde & suum filium præ-
monuit dicens: Nunc ergo filij audite me, &
nolite manere hic, sed quacunque die sepeliret
Matrem vestram, ex eo dirigite gressus vestros,
vt exeatū binc. Video enim quod iniquitas e-
ius finem dabit; ac si dixisset. Ego perspicue
animad-

aduerto, suam ipsius malitiam, puni-
tioneis eius causam futuram, eamque om-
nino destruendam. Quæ poterat etiam
Dæmon sanctusque Tobias non solum ex
Cuiatis depravatione conijcere, verum
evam ex experientia quam habebant; ani-
maduerte Deum ob mundi scelera ho-
mnes diluuij aquis deleuisse, Sodomitas
etiam, qui cœlesti igne interierant; quam-
uis etiam nequaquam negandum sit To-
bias, diuino hæc spiritu cognouisse. Po-
test etiam agnoscerre Dæmon, Petrum
verbigratia, non posse secundum naturæ
culturum nisi tot annos vitam producere &
hoc ipsum prædicere: arque eodem ritu
multa multis modis vaticinari, qui quoniā
intricatissimi sunt & subtilissimi, enum-
erati non possunt. A quibus omnibus non
potest immunis effici anima, nisi ab uni-
versis revelationibus, visionibus & lo-
quitionibus abhorrendo, easque deui-
tando.

Quamobrem iustissimè irascitur illis
Deus qui eas adroitunt: scit enim tem-
temtum esse, velle tanto se peticulo obij-
cere; magnamque hac in re latere præ-
sumptionem, curiositatem, superbiam ra-
num, radicem & fundamentum vanæ
glorie, diuinarum rerum contemptum;
multaque præterea alia mala, in quæ plu-
res incurrerunt, qui tantopere Deum, ad
iracundiam provocarūt, vt consulo per-
mitserit illos Deus aberrare, decipi, ac
Spiritum eorum obtenebrati, & à recte
ordinata vita deflectere, locum illorum
phantasijs, & vanitatibus præbendo: sic
urias Iffaias. Dominus misericordia in medio eius
spiritum veriginis. Quid clarè loquendo
nihil aliud significat, quam Spiritum
contrario modo res intelligendi. Quæ
verba ad nostrum propositum loquitur
Iffaias, loquitur etenim de illis, qui res fu-
turas supernaturali viâ inuestigare sata-

gebant. Propterea que ait, quod Domi-
nus misericordia in medio eorum spiritum, con-
trario modo res intelligendi; non quod
positiuè & te ipsa voluerit illis Deus dare
spiritum erroris; sed quia illi ea perscruta-
ri aggressi sunt, quæ naturaliter assequi
nequierunt. Ob eamque rem indigna-
tus permisit illos aberrare, non communi-
cando illis lumen suum ad ea pernoscen-
da, quæ ipsos indagare solebat. Vnde etiā
dicit Iffaias, misericordia ipsum Deum spiritum illum permissuè. Atque hoc pacto
Deus est in causa illius damni, causa vi-
delicet priuatiua, quæ in auferenda luce
sua ac fauore constituit, ex qua re infalli-
bility sequitur deceptio. Et hoc modo
præbet Deus facultatem Dæmoni, vt ex-
cæceret ac decipiat multos, eorum hoc pec-
catis & præsumptione' promerentibus:
quapropter potest hoc efficere Dæmon,
& re ipsa efficit, dum huiusmodi animæ
fidem illi accommodant, & spiritum bo-
num arbitrantur; soleisque interdum res
hæc eo usque deuenire, vt licet iam mani-
festè illis pateat, sintque omnino perflua si
spiritum illum minime bonum esse; nulla
ratione possint ab hac deceptione emer-
gere: eò quod in intimis animæ fibris in-
sertum habeant, permittente Deo spiri-
tum, res è conuerso intelligendi, cuius-
modi erat ille, quem Prophetis Regis ^{3. Reg 22.}
Achab contigit legimus, quando per-
misit Deus illos mendacij spiritu decipi,
dando ad hunc effectum, facultatem Dæ-
moni, dicendo illi. *Decipies, & praualebis e-
gredere & fac ita.* Tantumque apud Re-
gem, & apud Prophetas ad eos fallen-
dos potuit Dæmon, vt Prophetæ Mieheç,
qui veritatem illis, valde contraria alio-
rum Prophetatum prædictionibus, pro-
phetabat fidem date noluerint, idque
propterea, quia permisit eos Deus excep-
tari, eò quod proprietatis affectu illis,

M quæ

B.
Iohannis
à Cruce

Opera
Mystica

NIT

124

qua^z cupiebant, adhærerent, volendo vt
sibi eueniret, & vt Deus responderet
iuxta appetitus ac desideria sua, & hac
erant media, dispositionesque certissimae
ad hoc vt Deus consulto eos obcæcari ac
decipi permetteret. Sic enim nomine Dei
prædictus Ezechiel contra illum loquen-
do, qui supernaturali via res secundum
Ezech. 14. vanitatem & curiositatem spiritus sui co-
gnoscere vult; dicens. Cum venerit ad Pro-
phetam vt interroget per eum me: ego Dominus
respondebo ē per me: & ponam faciem meam su-
per hominem illum. Et Propheta cum errauerit,
ego Dominus decepi Prophetam illum. Quid
intelligi debet Deum ista factarum non
alio modo, sed gratiam, fauoremq; suum
duntaxat subtrahendo, vt decipiatur: hoc
enim significat. Ego Dominus respondebo ē
per me; scilicet iratus: Quod nihil est aliud,
quam gratia, & fauore suo hominem il-
lum priuare vnde infallibiliter lequeritur
deceptione, ob Dei derelictionem. Tunc
autem accurrit Dæmon ad responden-
dum, secundū gustum, ac appetitum ho-
minis illius, cui cum huicmodi res vehe-
menter placeant, responsa etiam, & com-
municationes dæmonis voluntati eius
sunt conformes, hocque modo se pluri-
mum decipi patitur.

Videmur aliquo modo à proposita in
capitis huius inscriptione tractatione de-
visisse, promiseramus enim demonstrare,
qua ratione licet Deus postulatis respon-
deat, interdum tamen irascatur. Verum si
ea, qua dicta sunt rectè considerentur,
omnia hac tendunt, & nostram proposi-
tionem confirmant: ex omnibus siquidem
constat, non esse Deo gratum, vt hu-
icmodi visiones requirantur, cùm
præbeat locum, vt tot modis
homines decipientur.
(::)

C A P V T XXII.

In quo dubium quoddam examinatur, cur modo
in legi noua non sit permisum, aliquid à Deo ju-
pernaturali via sciscitari, quemadmodum in an-
tiquo fidei l'citum era: Est tractatio ali-
quatenus incunda, ad Sancta fidem nostra
arcana intelligenda. Probatur insi-
tum S. Pauli testimoniū, quod
ad rem hanc dilucida-
tur.

DVm proposito nobis operi insufda-
mus, emergunt nobis dubia noua, unde nec ita accelerare possumus, sicuti cu-
peremus. Quemadmodum enim ipsi dubia
hæc mouemus, sicut ea dissoluenda tene-
mut, vt propositæ doctrinæ veritas semper
maneat perspicua, roburq; illætum, Id ta-
men huicmodi dubia commodiadsetur,
quod licet nostant illum remoren-
tiam, ampliori tamen doctrinæ, ac instituti nostri
perspicuitati inseruiunt, & huicmodi etiā
prælens dubium.

Capite præcedenti docuimus minime
voluntatis esse dininæ, vt animæ soperna-
turali viâ notitias distinctas visionum, lo-
cationum, &c. ambiant ac desiderent. Ex

alia vero parte exploratum est, huicmodi
cum Deo agendi modū sub antiquo fe-
dere in visu fruſſe ac licuisse, neq; solum fu-
ſſe permisum, verum etiam ab ipomer
Deo præceptum, ita vt si aliquando non
verterentur isto modo, Deus illos acriter ar-
gueret, sicuti videtur est in Isaia vbi repre-
hendit Deus filios Israel eo quod non cō-
sulto prius illo descendere in Ægyptū co-
gitabant. Qui ambulatis vt descendatis in Æ-
gyptum, & os meum non interrogatis. In Isiae
quoque libro legimus, quod cum ijdē filij
Israel à Gabaonitis decepti fuissent; rei
huius.